



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Melos ad illustrem ac generosum Ivlium Comitem Salmae
Et Neobvrgi Ad Oenvm. &c.**

Schede Melissus, Paulus

[S.l.], 1578

[Text]

urn:nbn:de:hbz:466:1-12469

Melos ad illustrem
ac generosum

IULIVM COMITEM SALMAE ET
NEOBVIRI AD OENVM. &c.

FELICIORES sunt aliis alia
Temporibus Musæ. spretus honor jacet
Interdum earum; nunc in altos
Splendidior levat ille pennas
Tractus Olympi: qualis in ætherias
Remigiis alæ præpes ovis Iovis
Liberrimè se librat auras,
Fulminis haud metuens trifulci.
Cuiâ fit istud, dic, operâ? an Genio,
Aut positu stellarum, aut hominum & Dei
Fatis, vel æquâ ponderatis,
Impare vel trutinâ, imputandum?
An fortè culpæ quisque suæ faber est?
Quoque magis Famam prensat, eo magis
Illi ipsa vertit terga; sicut
Fluxa capillitio recalvo
Fortuna, cæcis fallere imaginibus
Immeritos gaudens, & variabili
Exponere irrisos abunde
Ludibrio, & rudibus cachinnis.

Æ

At non laborum vilis inutilium
Decipitur quondam Chœrilus, inclito
Ausus male ortis ac sinistrè
Versiculis (ut ineruditi
Solent) Alexandro obstrepere improbitè;
Stipitibus scribi dorsa betulleis,
Regale quàm gratis nomisma
Dignior accipere hei Philippos.
Exactiori tu bone censor agis
Iudicio; ac vivos pectoris impetus,
SALMABE IVLI, candidosque
Rite cygnos ab inerte fungo
Atris que corvis (qua cluet ingenium
Arte tuum, multis nobile dotibus)
Secernis acer: Cilnij instar,
Regibus Oenotris creati;
Cui Plotius, cui Flaccus, itemque Maro
Et Varius, sua vique ore Propertius
Doctas replebant semper ades,
Flos Latij dominæque Rome.
Spretos procul se Mevius & Bavus
Cernere. Suffenis nil pretij super,
Ut nil Aquinis Cæstisque,
Et genus hoc aliis ineptis;
Quorum cicutas nil nisi de trivio
Arcadicum quiddam stridere inaudias.

Certamen

Certamen at Phryx impudenter
Marsya cum Clario inchoabit
Deo. nec absunt, heu, ruditate sonos
Qui cuculi insua ves turpiter aestiment
Præstantiores esse dulcis
Athidos artificii canore.
Quonam patrono, quam mea Musa parat
Suscipere, stabit FRANCIADOS labor
Defensus? aut cuius dynastæ
Præsidium calor invocabit,
Mentem excitatam non nisi ad arduum opus
Quotidie inflammans? non ego virium
Inops, nec a venæ scatēbris
Pauper, Apollineo ve dono.
Deos Penates, indigenasque Lares
Conqueror adversos. hi duplicis mitræ
Superbientes crine, flocci
Laureolam, mea ferta, pendunt:
Nescire digni fortè, quibus stomachum
Commoueant. atqui, ceu puto, liberum est.
Læsis, Menippèi reperta
Ad satiem pedis æmulari.
Nos si ve plectri Pindarici numeros,
Seu citharam lenem vatis Horatij
Sequi, aut Poctam Mantuanum,
Meoniæ ve tubæ canorem

Conabi=

Conabimur : te, quæis pote cumque modis,
Magnanime o heros, concelebra vero,
Tuamque virtutem atque famam
Perpetuis memoraro sæclis.
Certè id meretur summa tua & pietas,
Vtiliumque ingens cognitio artium, &
Doctrina : quæ vel sola magnis
Te queat equiparare diuis.

Augustæ Vindelicorum
A. M. D. XII XC.

P. Melissus Francus,
Comes Palat. & Eq.
civis Romanus.

*Inq, arte & numero fuit in arte
Inq, non est sine habet
Mey ubi solis dilige more*